

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Dissertatio Marii Mercatoris, seu Appendix Ad Contradictionem XII.
Anathematismi Nestoriani, Quae refutatio secundi sermonis, &
posteriorum duorum, ac secundi anathematismi retractatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

&c. Id est: Siquis dixerit eum, qui vnuis est Dominus JESUS CHRISTUS, glorificatum esse a Spiritu, tanquam aliena sibi virtute, & ipsius (Spiritus) propria vteretur, & ab ipso (Spiritu) acceperit, &c. Legit vero Mercator

ut dicitur dñus dñs noster xpc.

ET SUBJUNGIT, &c.] Procul dubio hæc omnia, quamvis sint in editionibus vulgatis, delenda fuerunt: nec enim pertinent ad contradictionem anathematismi catholici, nec eodem modo concepta sunt, quo priora, imo nec subiunctam habent solemnem formulam, anathema si; nec tandem corum villam facit

mentionem catholicus contradictor.

QUOD DE CARNE NATUM EST, &c.] *Vide homil. Habentur illæ voices, ut & reliquæ, sermone pri-* Num. 7.

HOMINEM PORTANTEM DEUM, &c.] zopōes, vox illa vbiique passim a Cyrillo exagatur, tanquam veneni plenisima. Vide differentiationem de hæredi Nestorianæ, vbi explicantur voices, que cum catholicò sensu acceptæ sint a Patribus superioris ævi, rejici debuerint a defensori fidei catholicæ aduersus Nestorium, propterea quod eas in pravum sensum detorqueret.

D I S S E R T A T I O M A R I I M E R C A T O R I S,

seu

A P P E N D I X A D C O N T R A D I C T I O N E M XII. A N A T H E M A T I S M I N E S T O R I A N I ,

Quæ refutatio secundi sermonis, & posteriorum duorum, ac secundi anathematismi retractatio.

I.
Perstringitur
id quod est in
sermone po-
stremo num.
4. sed paulo
scrupulosius.

PO R R O autem illud ejus, quod in superiore sermone vel tractatu legitur, qui est circa finem quaternionis ad locum, vbi signum asteriscorum est, indiscretum remanere non debet, vbi magni ludibrii sensus inauditos inferre molitur. Vult enim quod Christus a Matthæo neutra natura esse prædicatus sit. Quod si ita est, quod absit: ergo nullius erit, nisi forte, quod ejus capit is periculo dictum sit, belluina.

II.
Fons erroris,
quod Christus
duplex pro-
nuntiatur.

Hanc autem illi cum impetratae voceriam ultimam parit pravus sensus ejus, quo duplē Christum pronuntiat, velut hominem & Deum a se natura divisos, cautiissimus quasi & rationis liquida disputator: & non vider alterum hæreticum vaniore cautela occurrentem sibi, qui ei Christum apud se fabricatum triplicem ingerat, ex anima scilicet, & corpore, & Deo.

III.
Qui obiter
refellitur in-
stantia erran-
tis Apollina-
ris.

Quid si ei Apollinaris quoque in faciem veniat, quemlibet communem hominem *τριπλόν τον*, ex anima, & corpore, & mente definit; aliud mentem esse volens, seu rationem, aliud animam diverse scilicet naturæ, diversaque substantia: qui quamvis in Christo mentem, seu ra-

tionem non fuisse, sed animam sine mente: pro ea autem Domini Verbum, quod officium mentis impleret, cum impetraret, quod absit, vt homo communis, vi diximus, triplex esse crederetur. Nonne hic insanissimus magister quadruplicem nobis intulerat Christum, ex anima, corpore, mente, & Deo?

His igitur deliramentis omisis, Christum nos, Deum ab æterno Verbum, apud Patrem carnem factum, id est, hominem factum confitemur, ex anima rationali & corpore, manente in eo incommutabili atque invertibili, cum Patre & Spiritu sancto, divina natura, vnum totum indivisum a sua carne & anima, vi diximus, rationali, non duplē dicendum, non triplicem, quia nec homo communis vnu ex anima rationali & corpore duplex, aut triplex vnuquam dici potuit, sed in singularitate status sui vnu & vna substantia: ita & illa ineffabilis divina Filii Dei majestas in sua persona & substantia vna est, cum assumpta anima sua compote mentis suæ five rationis, & solido ac perfecto corpore suo, nihil harum ab istis vanissimis & impissimis dupli, vel tripli appellationum admittens, propter

IV.
*Validus virge-
tur exemplo
communis
hominis.*

DE XII. ANATHEMATISMO NESTORIANO. 127

vnitatem, vel singularitatem, in qua & hominem suscipere & gerere placuit, ex seque Deo & illo facere unum Dominum JESUM CHRISTUM, cum Patre & Spiritu sancto, in Trinitate unum Deum manentem in secula. De quo Joannes Apostolus in epistola sua prima, ita ait: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, & vidi mus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostre palpaverunt de Verbo vite, & vita manifesta est, & vidi mus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam eternam, que erat apud Patrem, & apparuit nobis; quod vidi mus & audivimus, annuntiamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobis, & societas nostra sit cum Patre, & cum Filio ejus IESU CHRISTO.*

Et testimonio
Joannis Apo-
stoli.
1. Ioan. 1. v. 1.

v.
Arguitur lo-
cus Nestorii
ex sermone
III.

Quid etiam in secundo folio quaternionis nomi codicis hujus, (vbi hoc lignum est) ab illo dictum continetur, cautus & prudens lector attendat. Cum enim mira fatuorat & dementia hic homo sit, impietatis autem absurdissimae, mirandum est, hunc ita recordem sequaces vel auditores sensus aliquicu homines habere potuisse. Ne igitur sanctam Mariam virginem Θεοτόκον confiteatur, quid vanus dicat, sollicite videamus: *Nasquam, inquit, Nicenum concilium auctum est dicere, quia Verbum Deus natus est ex Maria virgine; ait enim: Credimus & in unum Dominum JESUM CHRISTUM. Attende, quia prius cum Patres posuissent Christum, quod duarum naturarum conjunctionem demonstrat, non differunt in unum Deum Verbum, sed acceperunt nomen, quod significat utrumque, &c.*

VI.
Et resellitur
ex ipso Nic-
eno symbolo
dicente Chri-
stum Domini-

Cum itaque JESUS CHRISTUS non sit huic ipsi (concilio) aliud, nisi Dominus, qui Dominus Dei Verbum, Deique Filius sine dubio est, quique cum assumpto suo corpore, & anima rationali integrer homo factus, in illius sancte feminæ vero figuratus, atque procreatus, procedensque jam totus Deus atque homo, totum & totus inseparabiliter unum atque unus est. Hic ipse magister insanus, unde JESUM CHRISTUM saltem Dominum dicit, si ei Verbum Dei non est? Neque enim nulli dominatio competit, nisi soli Deo. Anne hoc docto egregius non novit? Si igitur JESUS etiam Deus non est apud illum, ab ipso, & in ipso, & cum ipso conceptu & partu; vt recte genitrix Dei, id est, secundum rectissimam veterum Patrum definitionem Θεον, sit, unde illi saltem Dominus visus est esse?

VII.
An Christi
nomen sua
propria vi fi-
guinet duas
naturas.

Deinde Christi nomen quis ei dixit, vel ubi somniavit, duarum esse nomen significativum naturarum, cum magis hominem hoc nomen apud homines exprimat? intelligendum enim est δύο θέσεως,

id est, ab vocatione dici, quasi vinctum, quod Dei naturæ non competebat.

Accedit illud ejus inextimabili fatuatis, quo dicat, dixisse illud sanctum concilium: *Credimus & in unum Dominum JESUM CHRISTUM, unigenitum, qui de Deo Patre natus est, consubstantivum, id est, ὁμοίως Patri, qui propter nos descendit. IESUS certe, ut ipse vult, homo est; dicatur quoque, quomodo ei, vel apud eum, Patri Deo consubstantivus est, nisi tanquam Deus ex Patre genitus Deo? Aut iterum quomodo ei Deus non est, qui de Maria est? Si natus ita est, quomodo sensit & pronunciavit concilium Nicenum, & huic verbo tantum tenus placuit confiteri: Quid ergo solidum? Quid sanum? Quid integrum apud ipsum est?*

VIII.
Nestorius
et alii
Ante priora

Accedit etiam aliud impietatis deliramentum, dicentes prætermisisse illos Patres pronuntiare, credere se in Deum Verbum Filium unigenitum; sed dixerunt, inquit, unum se credere Dominum JESUM CHRISTUM, consubstantivum Patri, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt; tanquam Deus Verbum apud istum Filius non sit, sicut in superiore ejus sermone aperius declaratur. Quia hujus haec vanitas? Quæve dementia? Quod ludibrium potius in tam inconstanti sermone, non minus stulto, quam impio? Ut Verbum Dei, Dei Filius ei non sit; vt JESUS ei sit ex medietate Deus, ex medietate homo, & idem tamen Verbum Dei Filius esse non possit? Modo sit consubstantivus natusque ex Deo Patre, Deus verus de Deo vero, lumen de lumine: postea vero horum nihil proprium naturaliter habens, sed sola nuncupatione alterius particeps divinæ dignitatis, tanquam homo natus ex tempore.

X.
Nestorius ne-
goti Verbum
esse Filium
ante Incarna-
tionem.
Gal. 4. v. 4.

Claudendæ sane christianaæ aures, cum dicitur, Filius nomen non significare Verbum illud Patris, quod ex ipso, & in ipso est. Ad quod testimonium esto, lector, attentus: *Misit, inquit, Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege; videlicet vt quia natus ex muliere non est Deus, Verbum Filius ei non sit, sed alius, qui potuit nasci partu mulieris.*

Certe superius illi placuerat Patrum sententia, JESUM CHRISTUM Patri Deo consubstantivum esse, Deum de Deo vero, lumen de lumine; & relictissime placuerat: quid illi de Verbo Dei, quod in principio apud Deum erat, & Deus erat, subito iterum visum est, vt Dei Filius non sit? Aut JESUM CHRISTUM, qui consubstantialis Deo Patri est, & Deus verus de Deo vero, & lumen de lumine, sicut

XI.
Idipsum rur-
sus ostendi-
tur.

128 DISSERTATIO MARII MERCATORIS

et optimè placuerat, Patres Nicæni definiisse concilii, Deum non esse, ut totus, & totum, vnu & idem & vnum quidquid est, & de illo dicitur, & quo pæco enuntiatur, intelligi debeat, & sentiri. Qui tametsi factus est homo, vt Joannes Evangelista fidelissimus & veracissimus testis est, quia *Verbum caro factum est*, & id dubium non est. Non est negandum, quod hic sicut erubescit, *factum esse sub lege*, & in se vniuersa suscepisse, quæ tamquam homo factus gerere debuit: sed sic non est negandum, imo totis viribus confitendum, vt manente apud eum deitatis impossibili ex omni parte natura, suscepta ab eo ista esse credantur.

Ibid. l. v. 14.

XII.
Arguit locus Nestori, quo dicit, Christum esse fili dominum.

Quis autem etiam hoc ejus aliud deliramentum aequo animo ferat, quo ait *CHRISTUM IESUM suum ipsius dominum esse?* Cujus verba sunt ista: *Hoc autem dico, inquit, ut noveritis, quam super-excellens, & summa quedam conjunctio existebat, etiam in infante ipso, cum dominica covo conspiceretur: erat enim ipse & infans & infantis dominus.* Quis vñquam sui esse dominus dicit? Sed hic cum vult & conatur quartam introducere in sancta Trinitate personam, atque substantiam, mira stoliditatis est, & impietatis maculis inquinatus.

XIII.
Refellitur sermo penulti-
mus.

* asterisco-
rum

Quartum quoque tractatum ejus, qui in isto codice continetur, diligentius, & sollicitius considerandum admonemus, cuius initium istud est: *Dulcem nobis precedens doctor mensam caritatis apposuit, &c.* Ad cujus loca pervidenda, quæ hic expondere curavimus, signo * labyrinthorum apposita lector inveniet. Ibi namque inter Samosatenum Paulum & Photinum, magistros suos, (purgare se studens, tamquam ab eorum doctrina alienus) differentia quæ sit, molitus ostendere est, atque ita ait: *Paulus quidem in eo, quod dicit Christum hominem solum, & tunc initium habere, ex quo de Virgine natus est, &c.* Quod totum impietatis malum Pauli ab Ebione magis Stoico philosopho tractum est.

XIV.
De Ebione
heretico ne-
gante divini-
tatem Christi.

Ibid. l. v. 1.

Hic tempore adhuc Joannis Apostoli intra Asiam exitit, & Christum hominem communem ex Joseph & Maria natum, & cum vita merito omne humanum genus prævisse, proque hoc in Dei Filium adoptatum, ausus est prædicare, afferens se Matthæi, Marci & Lucæ Evangelistarum auctoritatem secutum. Quo tempore Joannes Apostolus contra hunc condidit Evangelium, quo præfatus ait, *in principio esse Verbum, & Verbum esse apud Patrem, & Deum esse Verbum.* Post quam præfationem subdescendens, vt ostenderet, quem illi tres Evangelistæ hominem scriperant, esse

etiam Deum, ait: *Quod factum est in illo, ibid. v. 4.* vita est. Et post pauca: *Et Verbum caro factum est.*

Hunc itaque Ebionem philosophum X V.
secutus Marcellus Galata est: Photinus Quid fecit
quoque, & ultimis temporibus Sardicensis Marcellus,
Bonofus, qui a Damaso urbis Romæ Photinus &
Episcopo prædamnatus est. Bonofus.

XVI.
Paulus autem Samosatenus, qui fuit Antiochia Episcopus temporibus Aureliani principis, verum est quidem, quod Christum, communiter, vt cæteri, natum, hominem ex vroque parente definit. Verbum autem Dei Patis, non substantivum, sed prolativum, vel imperativum sensit, atque pronuntiavit, non vt fides habet catholica, Verbum in substantia, vel essentia consubstantivum, id est, *ōροντος* Filium Dei Patis.

XVII.
Photinus autem infantissimo Nestorio parentem sententiam tenuit, Verbum Dei quidem non negans esse in substantia; sed hoc extrinsecus in isto, qui ex Maria, more communi conjugum, natus est, Iesu inhabitable peculiarter, & omnia illa per hunc fecisse in terris miracula, quæ in Evangelii legimus. *λογοτύπεια* vero, quod Arguitur
hic insanissimus dicit, nesciens quid lo- ignoranzia
quatur *τύπων* Præcas primus, inde Neltorius.
post non multum Montanus, cum sua Præfica & Maximilla pronuntiant.

XVIII.
Post hac autem Sabellius & Marcellus, tempore quo impiissimus Arius exitit, monarchiam se in divinitatis substantia retinere debere putantes, nefando errore decepti, aucti sunt Deum Patrem ipsum sibi Filium, ipsum sibi esse Parrem, ipsum sibi esse Spiritum sanctum, ipsum incarnatum, paßum, crucifixum, ipsum a Judæis omnia pertulisse, resurrexisse a mortuis, & omnia peregrisse, quæ nos per Christum in persona propria ejus, pro humani generis salute, gefasce credimus & confitemur.

XIX.
Differentia itaque inter Samosatenum & Photinum, ita sola est, qua Paulus Verbum Dei *ωρθοσεῖον*, ή *μετόπειον* & *λόγος ἐπερπάντος*, id est, prolativum & potestatis effectivum Verbum sensit, non substantivum, quod Græci *εὐαλῆς* dicunt. Photinus autem Neltorii magister Verbum quidem hoc Dei esse in substantia negat, sed esse id Dei Filium non vult, habitasse vero peculiarter, vel adhaeruisse CHRISTO IESU de Joseph & Maria nato, nec quidquam hunc plus fuisse quam hominem, cum impietate delirat, qui omnes omnino homines vitæ merito antevenerit.

XX.
Photinum Romana Ecclesia, & participes hujusmodi pravitatis Homuncionitas Nota de Ho-
muncionis & Patripassi-
onibus

nominat: Sabellianos vero cum antiquioribus.

DE XII. ANATHEMATISMO NESTORIANO. 129

ribus similibus eorum, Patrrippianos appellat; quia ut dictum est, ipsum Patrem ipsum Filium sentiunt nomine unionis, qui aliquando Pater, aliquando Filius, unus atque idem ipse sit sibi, etiam Spiritus.

XXI.
Differencia
vna inter Ne-
storium &
Photinum.

Nestorius sane a Photino auctore suo in id tantum dissentit, quod ex virginе Maria Christum assertum natum; in reliquis vero omnibus totus ipsius sequax, signifer, antesignanus est, & in id maxime, quod supra memoratum est, Dei Verbum Dei Filium non esse, nec dici debere, nec vllum, nisi JESUM ex Maria natum, Filium Dei dicendum, qui templum habitantis in se factus, ex individua inter se & Verbi Dei societate & coniunctione hoc dici meruit, non tamen esse natura Filium Dei, ut qui ex hac vnione divinitatis privilegia consecutus sit, non ea habens natura, sed gratia.

XXII.
Inconstantia
Nestorii.

Quod ejus impietatis genus non hic in isto capitulo, sed in aliis scriptis, in isto tamen codice insertis, & tractatibus continetur & legitur. Et inde est, quod catholicus, qui legit, cautus esse debet de varietate & inconstancia, quam utrum astutia, an recordia ad allicendum auditorem habeat, non est facile nosse: quovis tamen paecto, constat cum varium esse, si bique contrarium. Quis autem non agnoscat hujusmodi hominem, aut tanquam astutum captatorem esse fugiendum; aut tanquam exordem, vrpote libi adversantem, & ex varietate confusum, nullo modo esse sequendum?

XXIII.
Retractatur
se undus ana-
thematismus.

In illis sane duodecim capitulis, quibus ad hunc ipsum Nestorium sanctus Episcopus Cyrilus scribens, rectam & sanam expoitum fidem, & hic a contrario singulis eis respondens, contradicendum putavit, secundum ejus contradictionis capitulum retractandum est. Ibi namque ita ait: *Siquis in Verbi Dei coniunctione, que ad carnem factam est, de loco in locum commutationem, sive conversionem divine substantie dixerit factam, ejusque divina nature carnem factam dixerit, aut partialiter unitam divinitatem carnis; aut iterum in infinitum incircumspectam cum divina natura coextenderit carnem ad capiendum Deum, cumdemque ipsam natura, & Deum dicat & hominem; anathema sit.* Quasi quisquam similis ei infans ipsos saltē angelos non cogiter, qui, sicut scriptum est, igniti sunt spiritus; dictum est enim de eis: *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suis flammam vrentem.*

Refellitur
exemplo an-
gelorum.

XIV.
De assumptis
corporibus
ab angelis.

Angelos ergo, quos frequenter & diversis temporibus ad sanctos quoque missos esse, sicut legimus, credimus quoque; ut his, ad quos missi sunt, possent esse visibiles, humanum habitum gessisse,

sumptis corporibus, certum est. Sed utrum tantum corpora ab his suscepta sint, in quibus illi spiritus pro tempore habitando, animarum rationalium ministerium impleverint, an animata corpora, vatum more, extrinsecus inspiraverint, non est facile & temere horum aliquid affirmandum.

Quæ præsumpta incerta tanquam certa, & Scripturis minime expresa opinio, Apollinarem Laodicenum, & postea Arianos, (non autem ipsum Arium) & Eu-nomium quoque, & ultimum Macedonium forte decepit, ut hinc sentirent & pronunciarent, Christum Dei Filium corpus tantum hominis, non etiam animam suscepisse; pro anima autem Dei Filium, Verbum Patris in illo suscepto corpore habitassem.

Quod si ita est, stulto vere sensus sui errore decepti sunt: illa enim Salvatoris humana suscepitio longe, & ultra quam longe estimari potest, ab ista angelorum incomparabilis inventur: quia enim haec pro redemptione totius humani generis futura erat, oportebat a Salvatore totam & integrum, quæ salvanda erat, ac in cælum sublevanda cum ipso, & inseparabilis in vita æterna mansura, totam, inquam, oportebat ab eo humanam gestari natum. Hæc autem angelorum pro tempore corporalis assumptionis, ad exhibendum officium divinitus imperatum, quocumque modo de duobus facta fuerit, id est, utrum animata, an sine animis corpora habuisse dicantur, in nullo fides catholica laeditur.

Quamvis postea Apollinaris in pejus velut emendans, animam quidem fuisse in Christo confessus est, rationem autem seu mentem in ea hominis non fuisse, sed pro ea Deum Dei Filium extitisse cum impietate deliravit.

Tot ergo & tories, ut diximus, variis temporibus angeli, sive corporibus tantum sumptis, sive etiam animatis eis susceptis, nunquid commutati & veri ex illa spirituali & angelica sua natura, corporei, vel etiam animales, facti esse vnuquam a quoquam dici, vel credi potuerunt? Non tique; quid ergo ad effundendas nebulas imperitis hic infans magister molitur in gerere? Itaut si quis dixerit Filium Dei Deum Verbum, secundum Evangelium carnem factum, seu hominem factum, statim tanquam impissimus, divinitatem in carnem versam esse pronuntians, arguantur.

Illud autem quod in ipso isto capitulo ultimum posuit, quam impium, quamque yanum sit, videamus. Ait igitur: *Eundemque ipsam sicutis natura & Deum & hominem*

XXV.
Causa quæ
impulit Apol-
linarem in er-
roris de car-
ne assumpta
sue anima.

XXVI.
Error ille re-
felliatur.

XXVII.
Apollinaris
postremus er-
ror, Verbum
fuisse loco fo-
lius mentis.

XXVIII.
Refellitur
ratus Ne-
storii, dictum
quod Verbum
carnem fici,
seu in ipsam
converti.

XXIX.
Et illud, quod
Christus ne-
que Deus fit,
neque homo
natura.

R

150 DISSERTATIO MARII MERCATORIS

dixerit, anathema sit. Volens duplum Christum introducere, vel incongrue sapere, quid dixerit, ignoravit. Non enim vidi statim objici sibi posse, neque Deum illum, neque hominem natura esse dixisse; quia idem ipse Christus, cum sit Deus & homo, mo, ut signatus dicatur & cautius, cum sit homo Deus, & Deus homo, non sit, nisi natura. Si, ve ei visum est, natura non est, (quod in ipsius caput tale dictum & tam impium convertatur) nec aliquid potest esse, quia quod natura non potest esse, propterea esse nihil potest.

QUOD IN SUPERIORE SERMONE, &c.] Eram ille sermo in codice Mercatoris quartus, reipsa vero est omnium postremus, cuius in parte quarta leguntur haec verba: *Hinc beatus Mattheus Evangeliorum conscriptor, cum ad generationis venisset arcana, a natura natura generationis facit narrationem, sed magis a Christi vocabulo.* Verba haec, *a natura natura*, videri potest Mercator morosus vexare: sed quid facias homine, quem Christi caritas urget, inflammatque in antichristum?

DUPLICEM CHRISTUM PRONUNTIAT, VELUT HOMINEM ET DEUM ASE NATURA DIVISOS.] Christus dicitur a Nestorio duplex multis in locis, sed praesertim sermone i. *Duplicem confiteamur, & adoremus vi unum; duplex enim naturarum, unum est proper unitatem.* Observa Mercator NATURA posuisse, pro HYPOSTASI.

RATIONIS LIQUIDÆ DISPUTATOR, &c.] Alludit ad ista Nestorii verba sermone Serm. 4. num. IV. *Liquida autem divisio dogmatis ista est, qui natus est, & per partes incrementorum temporibus egit, & membris legitimis portatus in ventre est, hic humanam habet naturam, sed Deo sane coniunctam.* Aliud est autem dicere, quia natus de Maria conjunctus erat Deus ille, qui est Verbum Patris, quod est liquidissimum ac firmum atque irreprehensibile genitilibus, &c.

UNUS ET UNA SUBSTANTIA, &c.] Substantia pro *essere*, seu substantia ponitur: hypostasis enim apud ipsos quoque philosophos substantia prima est; dicitur quoque ab Aristotele substantia *esse*. Unde Mercator continuo: *Ita & illa ineffabilis divina Filiis Dei maiestas, in sua persona & substantia, una est cum assumpta anima sua, &c.*

JESUM CHRISTUM CUM PATER ET SPIRITU SANTO IN TRINITATE UNUM DEUM MANENTEM, &c.] JESUS CHRISTUS dicitur a Mercatore UNUS DE TRINITATE: que sententia varias in partes ipsos etiam catholicos distractit, cum querreter, *an unus de Trinitate passus dici deberet.*

NUSQUAM, INQUIT, NICENIUM, &c.] Ista leguntur, tum in excerptis Cyrilli, tum in libro primo Contradictionum Cyrilli; sunt autem delumpta ex sermone IV.

DEINDE CHRISTI NOMEN, &c.] Ad examen revocat, que sunt in ultimo sermone: *Hinc vobis saepe diximus, quomodo Christus nominis viriusque sit appellatio significativa, id est, humanitatis & divine naturae.* Hinc sequitur dicitur Christum tantummodo expresse, sciat in isto nomine viramque significari & connuncipari naturam.

PHOTINI, &c.] Fuit Sirmiensis Episcopus, quod notum omnibus; non pariter notum, quod ex eadem urbe oriundus videatur auctor illius, cui Praedestinato nomen fecit Sitmonodus. Scribit enim: *Samosateni heresis infrausta est a Photino Episcopo nostro, &c.* Et Photinum dixi ^{Henr. 44.} nostrum Episcopum sniffe, scimus suum noster *Judas Scariotes Apostolus, &c.* Cum ergo Sirmii Episcopus fuerit Photinus, videatur Sirmiensis ille auctor; at heresi 44. suum dixit Optatum, quem contra Milevitatum fuisse, ait enim: *Parmenianus per totam Africam libros contra nos conscientis, & novos psalmos faciens circumibat, contra quem noster scripsit Opratus.* Verum nostrum dixit Optatum, quomodo & contra nos Parmenianum consecuisse libros, religionis scilicet, partisque & fidei ratione, propterera quod pro catholicis Opratus, contra catholicos Parmenianus scribebat. Sed de auctore hujusce libri, quem censura non eruditissima nonne-
mo vexavit, dicemus aliquando copiosius, si Deus occasionem dederit.

A B EBIONE STOICO PHILOSOPHO, &c.] De Ebione ea refert Mercator, que partim consonant aliorum scriptis; partim nova possunt videri. Consonant omnibus haeresiologis, Christum esse hominem communem, qui ex Joseph & Maria natus, merito vita ceteris hominibus praeuerit, ideoque in Filium Dei adoptatus sit; consonat & Hieronymo, Evangelium a Joanne adversus Ebionem maxime concordantium esse. At nemo tradidit haec, quod leiam, hunc haeticum Stoicatum philosophiam secutum fuisse, testimoniumque trium Evangelistarum, Matthæi, Marci & Lucæ, ad suum haeresim probandam, adhibuisse: invalidit enim vulgo, & magnis quidem auctoriis, ab Ebionitis unum Matthei Evangelium receptum fuisse; imo Praedestinati auctor, a Luca Antiochiae damnatos esse scribit. Potuit Mercator de Stoicini professione ea scribere, de quibus ali silent; potuit & Ebionem dicere philosophum, quia despiciens opibus spontaneam paupertatem, quod a scriptoribus traditur, sequeretur. Jam vero Ebionem ipsum credibile est auctoritate Matthæi, Lucæ & Marci vnum, cum tria haec Evangelia jam extarent. Ebionitas postea Marcum & Lucam rejecisse, quia istum patiebantur adversum illum, quia consona Lucæ scriperat.

ULTIMIS TEMPORIBUS SARDICENSIS BONOSUS, &c.] Ad hunc locum obserua. Primum, quo tempore vixit contradictor, nimis quinqquaginta fere annis post praedictum a Damaso Bonofium, *quadrigenitus annis, & eo quod excurrit*, post natum Christum. Deinde, cuius civitatis sedem Bonosus tenuerit, quod ignotum Baronio, Petavioque, atque magni nominis scriptoribus, fuit enim Sardicensis. Postea, qua ratione Bonosus, quem Anysius Thessalonicensis, & Macedonii Episcopi damnarunt temporibus Siricii papæ; dicatur tandem a Damaso prædamatus, sub nomine felicis tum Marcelli, tum Photini, quorum haeresim renovavit: illi enim in synodo Romana, ex qua professio fidei a Damaso ad Paulinum Antiochenum missa est, proscripti sunt.

AOGONIATOPA VERO, &c.] Arguit ignorantia aut incognititia Nestorium, qui *hominem* dixit pro *umanum*, quam vocem invenit Præxas, ut suam de Trinitate sententiam utrumque explicaret. Vide Tertullianum libro singulari contra Præxam, quem scriptit Montani

*Lib. de fidei
ccles. 4. 13.*

Num. 11.

*In cateq. c. 20.
Substantia.*

*Serm. 4. num. 4.
G. 3.
Lib. 7. meta.
Physica.*

Excerpt. 1.

Cap. 7.

Num. 4.

Episcopus,
et notum,
tur auctor
irmondus,
urata eis a bis
inum dixi
fer fadu...
Sirmii E-
tensis ille
Opitatum,
it enim:
entra se
camibus,
rum no-
ntra nos
onis sci-
ea quod
tholicos
huiusc
nonne-
dus, si

OPHO,
ia par-
i nova
resololo-
n, qui
cateris
m Dei
Evan.
axime
tenus,
illofo-
trium
, ad
aluit
, ab
otum
rio-
r de
ali
tim,
em,
Jam
tate
hac
far-
tat.
si s
va.
ni-
m-
n.
e,
a-
s.
15
l-
i-
s-
1

Advers. heres.
L. 2. her. 48.

DE XII. ANATHEMATISMO NESTORIANO. 131

erroribus jam infectus: porro autem quod ait Mercator, Montanum quoque dixisse, atque ita adhuc Præxæ, repugnat Epiphanius scribenti, eadem de Patre & Filio & Spiritu sancto Montanum cum catholicis sensisse. At Epiphanius Socrates obsslit, Montanum Sabellio accensens, imo veteres producens, qui ita sentirent. Cum res sit paulo implicatrix, longiorisque otii, id monuisse volui, ne quis Mercatorem argueret.

POST HÆC AUTEM SABELLIUS, &c.] Monarchie mentionem facit, cuius cum retinenda studio Sabellius & Marcellus teneruntur, errore decepti sunt. Qua occasione, observandum, & hereticos & catholicos *μοναρχας* nomen virpasse, cum de Trinitate agerent, sed alio sensu alios: nam hereticis monarchie voce vtebantur, ut partim unitatem personarum, partim confusionalitatem excluderent; catholici, ut a pluralitate deorum fideles abducerent, & unum in Trinitate ingenitum, qui esset *οτιο* & *διόνος*, ut Patres Græci loquuntur, offendenter.

PHOTINUS AUTEM, &c.] Mirum quod hic dictum de Photini differentia a Samofateno, quasi ille Verbum Dei substantivum agnoverit, iste prolatitum duntaxat, & energeticum: si enim ita se res habet, quomodo non videtur Mercator sibi ipse pugnare: cum in epistola de discrimine inter hæresim Nestorii & dogmata Pauli Samofateni, Ebionis, Marcelli & Photini, hæc habeat: *In eo quod substantiale Dei Verbum constituitur, (Nestorius) & esse ab eterno cum Patre Deum afferit, a memoratis recte diffensis, & fidei reläe conjungitur.* Quid

Tom. 4. dogm.
L. 1. c. 3.

Differ. 1.

quod eruditissimus Petavius ex Epiphanius refert, Photinum affirmasse Verbum, quod perinde ac nostrum hypostasi carcer, a Deo processisse, & in carnem mutatum esse: verum quia de Photini errore futura est copiosior disputatio, ubi cum Nestoriano conferetur, & Mercatoris de Photino sententia veterum testimoniis adjuvabitur, hoc in loco questionem indicasse sufficiat.

HOMUNCIONITAS NOMINAT, &c.] *Tom. 10. frag.* Meminime legere apud Augustinum, appellatos

eo nomine hereticos, qui non reverunt Christum nisi hominem. Legi quoque apud auctorem *Prædestinati heresim Homuncionitarum*; sed ab ista, quam memorat Augustinus, divergam: fuit enim quorundam dicentium, in corpore hominis esse imaginem Dei, non in anima. Verum hanc hæresim sine nomine sectariorum refutat Philastrius cap. 49. & ex Philastrio Augustinus hæresi 76. Unde oportet in indicem hæresum Augustini irreplisse vocem hanc *Melitoni* omnibus incognitam. Hanc hæresim de imagine Dei tribuit Audianus Epiphanius hæresi 70. cui consentit auctor *Prædestinati hæresi* 50. atque etiam Augustinus hæresi 50. vbi Vadiani vocantur per errorem librariorum.

PATRIPASSIANOS APPELLAT, &c.] Sunt qui Sabellium negent sensisse, quod Pater ipse passus fit. Vide Epiphanium in *Anacephalao* secundi libri ad hæresim 30. Sed audiendus magis Athanasius, cuius hæc sunt verba Marianis confona: *Tales sunt, qui apud Romanos Lib. de synod. quidem Patrippiiani, apud nos Sabelliani nominantur.*

NESTORIUS SANCTA PHOTINO, &c.] Mirum istud quoque, Nestorium inter & Photinum vnicum discrimen intercedere, quod ille ex Virgine, iste ex coniugio Christum diceret natum; societatem vero præcipuum, quod utrumque negaret, Verbum Dei posse dici Filium ante incarnationem: id enim Nestorius pluribus locis videtur negare. Sed diligenter in dissertatione de hæresi Nestorianorum totum istud examinandum est.

ANGELOS ERGO, &c.] Argumentum istud ab Angelis corpora affumentibus peritum Eutherius vexat sermoni x, sive illud in Mercatoris operibus legerit, quod opinari quispiam sine temeritate posset; sive apud Cyrillam, vbi etiam habetur.

NON AUTEM IPSUM ARIUM, &c.] Hinc popularis quedam opinio convellitur, qua tribuitur Ario, quod excoxitatum est ab Ariani. Verum ea de re in dissertatione saepius dicta.